

Aug. XVIII⁵ Pr. I | Min. XXX Ulp. adversus defectores | et rebelles⁶,
 procos. Cretae et Cyr., | iurid. per Apul. Cal. Luc. Brut., | cur. viae Sal.,
 cur. Ae[c]lan.⁷, praet. | tutel., trib. pl., quaest., tr. mil. leg. | I Adi. item V Mac.

Alt-Ofen (Aquinci) ara rep. a. 1889, simul prodierunt alii duo lapides eadem fere inscriptione inscripti (Fröhlich arch. ep. Mitth. 14, 1891 p. 74 cf. Domaszewski Korrespondenzbl. der westd. Zeitschr. 1890 p. 9, mus. Rhen. 1890 p. 205). — Initio potest aliquid periisse (fortasse indicatio numinis cui ara dedicata fuit). — 1) Duae gg (sed altera errore) ex Auggg., ultima n ex nnn. erasae, post caedem Getae sine dubio (de tribus Augustis cf. N. 1152 not. 2; in titulo item Aquincensi arch. ep. Mitth. l. c. p. 59 idem Castinus dicitur leg. Augg.). — 2) Pannoniae inferioris (in hac legatione posuit titulum Aquincensem III 5480). — 3) Ad curam legionis primae Minerviae spectat titulus Bonnabach 520 positus a. 205 aut 208. — 4) Dux vexillationum quattuor legionum Germanicarum Castinus videtur fuisse vel factus esse cum esset legatus unius ex iis, primae Minerviae. — 5) Scr. XXII. — 6) Domaszewskius cogitavit de factionibus Nigri et Albini; sed fieri potest ut significatur tumultus aliquis praeterea nobis ignotus. — 7) ÆTAN legitur in tribus lapidibus. — Post hunc titulum positum, adeptus consulatum Castinus factus est legatus Daciae (tit. Porolissensis arch. ep. Mitth. 3, 88 = C. III S. 7658), ex qua revocatus est a Macrino (Dio 78, 15).

1154 M. Aurelio | Cominio Cas[siano] c. v. | leg. Augg.¹ pr. | pr.,
 omnibus | virtutibus | abundan[ti] viro, | Memmi[us] Valeri[anus] a IIII | mili-
 titis | v. e.²

Lambaesi (VIII 2732 descr. Renier). — 1) Altera g erasa pertinens scilicet ad Getam. Cassianus videtur rexisse Numidium ab a. 208 usque ad a. 241 (cf. VIII 2644; Pallu de Lessert fastes de la Numidie p. 150 seq.). — 2) A quattuor militiis (i. e., functus quattuor militiis equestribus, cf. Mommsen Staatsr. III p. 345 not. 4), vir egregius.

1155 Terentiae Flavolae | sorori sanctissimae, | v. V. maximae¹, |
 Q. Lol[li]anus² Q. f. | Poll. Plautius Avitus³ | cos., augur, pr. cand. | tutel.,
 leg. leg. VII | Gemin. piae felicitis, | iuridic. Asturicae et | Callaeciae, leg.
 Augg.⁴ prov. | Asiae, quaest. candidat., trib. | laticlav. legion. XIII Gemin., |
 triumvir monetalis a. a. a. | f. f., cum | Claudia Sestia Cocceia Sev[e]-
 riana | coniuge et Lolliana Plautia Sestia Servil[la] filia.

Romae basis rep. in atrio Vestae (Lanciani bull. com. 1885 p. 216). — 1) Eiusdem Terentiae Flavolae virginis Vestalis maximae Caracallae temporibus (cf. VI 2450) alterum titulum dabimus infra inter titulos sacros et sacerdotum. — 2) Lollianus lapis. — 3) Lollianus hic Avitus fortasse filius fuit Lolliani Gentiani supra N. 1145; cognomen Aviti sumpsit ab avo L. Lolliano Avito consule a. 144, vel a patruo L. Hedio Rufo Lolliano Avito, de quo cf. Borghesi opp. 4 p. 512. Fortasse idem est Avitus consul ordinarius a. 209. — 4) Augg. adiectum videtur errore quadratarum; nam sine dubio Avitus adhuc quaestorius non extraordinaria aliqua legatione iussu imperatoris in Asia functus est, sed comitatus est proconsulem Asiae.

1156 C. Iulio Aspro¹ | cos. designato, | curatori viae Appi[ae], sodali
 Augusta[li], praetori peregr., | trib. pleb., quaestor. | provinc. Africae, | curat.
 aedium sacrar., | prov. Mauretania | Tingitana patrono | optimo.